Zeitschrift: Anzeiger für schweizerische Geschichte und Alterthumskunde = Indicateur d'histoire et d'antiquités suisses

Band: 2 (1861-1866)

Heft: 10-3

Artikel: Zwey Briefe an Aegidius Tschudi

Autor: [s.n.]

DOI: https://doi.org/10.5169/seals-544727

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 02.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

ANZEIGER

für

schweizerische

Geschichte und Alterthumskunde.

Zehnter Jahrgang. **N° 3.** **Oktober 1864.**

Vorausbezahlung: Jährlich 2 Fr. 4—5 Bogen Text mit Tafeln in vierteljährlichen Heften.

Inhalt. Zwey Briefe an Aegidius Tschudi. — Verkauf der Herrschaft Buchegg. — Burgen im Gaster; Wandelberg. — Beiträge zur Schweizergeschichte aus tirolischen Archiven (Fortsetzung.) — Signification des mots dictus et alias (Fin). — Imitations de monnaies suisses, fabriquées à Macagno et Pomponesco. — Ueber Schallgefässe in mittelalterlichen Kirchen. — Römische Inschrift in Nyon. — Protokoll der zwanzigsten Versammlung der allgemeinen geschichtforschenden Gesellschaft der Schweiz. — Litteratur.

GESCHICHTE UND RECHT.

Zwey Briefe an Aegidius Tschudi.

Von befreundeter Seite sind der Redaction des Anzeigers vor kurzer Zeit folgende zwei Briefe an Aegidius Tschudi aus wohl erhaltenen Originalen abschriftlich mitgetheilt worden:

1. Beatus Rhenanus an Aegidius Tschudi,
Schlettstadt. 1536. Nov. 13.

Adresse: Clarissimo viro Dr. Aegidio Scudo, Helvetiae decori, amico observando. Claronae.

S. D. Clarissime vir .Librum tuum quo Rhaetiam superiorem cum bona Alpium parte diligentissime descripsisti unacum literis et Curiensis ecclesiae monimentis antiquissimis mihi hic reddidit quinto idus novembris Franciscus Cervinus, ob sacram unius è liberis tuis è baptismo susceptionem tibi charus ac in obeundis negociis hujusmodi mirum in modum accuratus. Sollicite enim cauit ne quid injuriae laesionisve res quas ferebat, uspiam acciperent. Volumen ipsum quum licuerit legam per ocium, et candidè judicium meum D. Henr. Glareano qui in propinquo agit, aperiam. Nunc autem arbitror in Alpium perlustratione quicquam esse in quo sit à te dissentiendum. In caeteris si Marcellinum diligentius legeris praesertim ultimum ejus autoris librum et observaris quo tempore sint à Germanis occupatae Romanorum provinciae, est ubi aliter senties. Nam Lentienses Martianae sylvae incolae fuerunt adhuc id aetatis quum Marcellinus suam conderet historiam, imò hodiéque veteres suas sedes obtinent appellati die Lentzkilcher, quorum caput est vicus Lentzkilch. Jam et Straboni homini graeco nimium adhaerere videris. Siquidem quod ille Germanos fratres interpretatur, cogitare oportet eam expositionem esse à posteriori, jucundam quidem et elegantem, sed quae nihilo plus agat in serio argumento, quam si quis aream illam quae est pro Curia Augustae Rhaetorum Perle vulgò dicta, sic vocatam interpretetur quod ibi perierit legio, quemadmodum multi faciunt; aut vicinum nobis oppidulum Benfelt, hoc est Benonis campum, sic appellatum credat,

POLYTECHN. SC

quod bene valeat; quemadmodum avorum nostrorum memoria D. Ludovicus Arelatensis Cardinalis quum illuc vix vitatis praedonibus profugisset, audito loci vocabulo, subjunxisse fertur: bene valet pro nobis. Autoritatem Cor. Taciti pluris ego facio qui ipse in Germaniis provinciis fuit, asserentis: mox a se ipsis invento nomine Germanos esse vocatos. Sed de his aliquando plura per ocium. De lampadula olearia mihi dono missa, magnas humanitati tuae gratias habeo. Si in archivis ecclesiae Curiensis reperta fuerit Caroli Magni donatio qua res quasdam in Alsatia donat eidem, quemadmodum diploma Ludovici Aug. indicare videtur, rogo meo sumptu Cervinum exscribere cures, et si quid Carolo Magno vetustius est; nam antiquum est valde Curiense episcopium. Amicis meis D. Valentino Scudo, Hero, Avieno (?), Nephelino et caeteris multam salutem. Vale vir clarissime. Ex Scletstadio. Eidib. Novembrib. An. M.D.XXXVI. Beat. Rhenanus.

2. Sebastian Münster an Aegidius Tschudi,
Basel, 1537. August 17.

Adresse: Clarissimo viro Aegidio Tschudi Claronensi V. C. apud Helvetios.

S. D. Quod ad te ſcribere conatus ſum, vir ornatissime, qui facie et fortaſſis nomine tibi incognitus ſum, studiosi multi in causa ſunt. Tu enim, cum te mathematicum, cosmographum et historicum insignem oſtenderis, hominemque multae lectionis, idque in tuae Rhetiae et Helvetiae deſcriptione, et ego quoque jam a multis annis eisdem ſtudiis operam impenderim et lucubrationes nonnullas evulgaverim, rogarunt me multi, ut memet tibi inſinuem extorqueamque pia importunitate id quod diutius in tenebris deliteſcere cenſuiſti. Et ne putares me apud te praeſumptione quadam frivola agere, en mitto ad te literas, quas ſuperiori tempore ad me miſit D. Henricus Glarianus (ſic), praecipuus amicus tuus et affinis, una cum tabula tua elegantiſſima, quam diſpicerem et elegantius quo fieri poſſet in publicum edi curarem. Quanto gaudio tunc geſtierim una cum commenſalibus meis, viris doctis, quorum unus matheſin, alter medicinam profitetur, non facile dixerim. Exhibui chartam Ammorbachio, Grynaeo, Frobenio et aliis doctis viris, qui omnes mirati ſunt induſtriam tuam atque laborem antehac a nemine mortalium tentatum. Quis det ut tales Schüdos haberent omnes Europae regiones, praeſertim Germania in ſuis nationibus? Doleo vicem meam qui jamdudum coepi deſcribere lineam Rheni et nondum conpleverim. Miſit ad me ſuperioribus annis Johannes dux Palatinus, Dominus regionis quam Hunssruck vocant, deſcriptionem ſuae ditionis; miſit et Achilles Lindovienſis chorographiam ſuae habitationis, et ego hac aeſtate exploravi Hegoiam, ortum Danubii et bonam partem Nigrae ſylvae, quam inveſtigationem Solino adjiciam, una cum multis aliis tabulis parvis, puta Angliae, Helvetiae, Graeciae, Italiae etc. Sic enim is autor clarior evadet. Sed faceſſant iſta! Hoc omnis eruditiorum chorus a te per me impetrare conatur, ut librum quem ſcripſiſti et quem ego legi, nam fui Friburgi apud Glarianum, nobis omnibus communices et non invideas. Noli timere; ſi D. Glarianus (qui diligenter librum tuum legit et adnotationibus illustravit) et ego laborem tuum approbamus, quare non in publicum edatur? Scimus in his rebus multa conſequenda ſolà conjecturà, ubi desunt certi autores. Quod ſi conjecturis noſtris autores in lucem eduxerimus, quantum quaeso illud est emolumentum? Vide quam fragilibus ſaepe nitatur Beatus Rhenanus in ſua Germania conjecturis. Fuerat propterea liber illius tenebris condendus? abſit!

Ante octo dies cum obiter inviſiſſem thermas Badenſes, vidi quid illic egeris in erecta Trajani ſtatua, cum provinciae illius auſpicatus eſſes praeſes. En miſimus ad te Henricum Petri, multi studiosi (inter quos et Michaelem Yſingrinum typographum diligentiſſimum et doctiſſimum connumeramus), cum diplomate noſtro aut potius ſupplicibus literis, ut illius verbis benignum praebeas auditum, atque exaudias et librum tuum Germanice atque Latine imprimendum concedas. Cedet id in magnam laudem tuam, nedum apud tuos, verum et apud omnes Germanos, Gallos, Anglos, Hiſpanos, Danos etc. Crede mihi, erit hoc tuum opus multis incitabulum ut ſimile quoddam conentur. Ego ego ſuscipiam provinciam iſtam in manus, ſi fortaſſe dubites de impreſſoribus, quo minus diligenter labor tuus exaretur. Bene vale, vir humaniſſime, et domino H. Glariano ſcribe, ut librum nobis mittat. Baſileae 17. Augusti Anno 1537. Sebaſtianus Munſterus.

Die beiden vorstehenden Briefe bieten einige bemerkenswerthe Aufschlüsse zur Geschichte von Tschudi's erster grösserer Arbeit dar, von welcher 1538 eine Abtheilung — De prisca ac vera alpina Rhetia —, erst aber 1758 das Ganze im Drucke erschienen ist.

Der Brief des Beatus Rhenanus vom 13. November 1536 ist derjenige, dessen ausführliche Beantwortung durch Tschudi bekannt ist. (Vgl. Vogel, Egidius Tschudi als Staatsmann und Geschichtschreiber. Zürich, 1856. S. 44 und 192). Die Antwort (zuerst von Goldast mitgetheilt) ist unvollständig datirt. Aus Rhenan's Briefe sieht man, dass sie nicht vor Ende November oder im December 1536 gegeben sein kann, und somit Tschudi's darin erwähnter viermonatlicher Waffendienst in Frankreich in den Spätherbst 1536 fiel. Das Eingangswort der Antwort (S. 192 ibid.) muss offenbar lauten: Hic, d. h. Glaronae (nicht His).

Der Brief von Sebastian Münster vom 17. August 1537 zeigt, dass Münster doch nicht so ganz ohne alle und jede Vorbereitung Tschudi's Manuscript der »Uralt warhafftig Alpisch Rhetia« von Glarean sich ausbat, abschrieb, drucken und übersetzen liess, sondern dass dringende Bitten, diess zu gestatten, vorausgegangen sind; so dass die Indiscretion von Seite Münsters, über welche sich Tschudi nachmals beklagte (s. Vogel S. 46 und 238), etwas weniger gross erscheint. Die »Trajani statua«, deren Münster gegen Ende seines Briefes gedenkt, ist der gegenwärtig in der Stadtbibliothek Zürich befindliche Meilenstein des Trajan aus dem Jahre 99, welcher 1535 zu Wyl bey Baden aufgefunden und von Tschudi am Eidgenössischen Schloss zu Baden aufgestellt worden war. (Vgl. Mommsen, Inscriptiones Conf. helv. Miliarii nr. 330.)

Verkauf der Herrschaft Buchegg.

Es ist merkwürdig, wie oft auch die Besten in arge Irrthümer verfallen können! Wer kennt nicht die vortreffliche Geschichte der Herrschaft Buchegg, von dem nun verstorbenen Oberst Ludwig Wurstemberger? Aber auch diesem ausgezeichneten Geschichtsforscher spielte die Schwäche menschlicher Natur — gleichsam zum Hohne auch des grössten Fleisses, der vorzüglichsten Geisteseigenschaften, — etwa einmal einen argen Streich, z. B. den folgenden:

Wurstemberger sagt p. 187 seines genannten Werkes (Schweiz. Geschichtsforscher, Band XI.): — »Den 25. Jan. 1391 verkaufte Elisabeth Sennin einem Burger von Basel, Wernli Schilling, die Herrschaft Buchegg, mit Dörfern, Leuten, Gütern u. s. w.